METHODVS

CONFESSIONIS, SEV POTIVS Chriſtiani hominis inſtitutio compendiaria, in gratiam puerorum, ab excellentiſsimo ſacræ Theologiæ Profeſſore & Cancellario Academiæ Louanienſis, atque hęreticæ prauitatis Inquiſitore M. Ryuardo ab Enchuſia apprimè commendata.

Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo. Eccleſiaſt. vltimo.



ANTVERPIÆ,
Excudebat Ioannes Latius.
M. D. LVII.

F. CLAVDIVS VIEXMONTIVS, PARISIENSIS, ORDINIS Fontisebraldi, Lectori Salutem.

SVperioribus annis Lector optime, in gratiam puerorum apud Luterianam Nauarram Grammaticæ ſtudentium, METHODVM confeſſionis, hoc eſt artem ſeu rationem & breuem quandam viam confitẽdi, Typographorum characteribus excudendã curaueramus. Quæ in Domini aduentu, & à Septuageſima ad Paſcha vſq;, ijſdem pueris enarrata fuerat, idq; ſtatutis diebus & horis: nempe poſt horariarum precum clauſulam (quod cõpletorium vocant) omnis diei Sabbati, omniſq; peruigilij aliorum (ſi qui interim occurrebant) feſtorum dierum: Dominicis item diebus, tum ſtatim à ſacro matutinorum in pomeridianis exactionibus, quas reparationes vocãt. Veruntamen puerorum pecuniolæ parcere volentes, noſtram illam Methodum in metrorum compendium redegimus: etenim, Metra iuuant animos comprendunt plurima paucis. Vbicunq; autem ſenſus nobis viſus eſt ſubobſcurus, gloſſemata quædam ſuperſcripſimus: vt tu adiutus eis, verſuum noſtrorum ſenſum primo quoq; obtutu eliceres. Bene vale Pariſijs, è noſtro cœnobio Filiarum Dei, quarto Idus Martias, Anno Chriſti nati ſeſquimilleſimo, trigeſimo octauo.

✱

¶ORATIO DOMINICA.

noſtrum omnium per creationem — in cœlo illo empyreo gloriam tuam manifeſtante

Pater noſter, qui es in cœlis: Salutatio.

glorificetur, celebretur, ſeu ſancta dicatur, habeaturque — fama tua, & nominis tui amplitudo.

Sanctificetur nomen tuum: Prima petitio.

ſ.nobis cœleſtis regni tui participatio, & cohabitatio,

Adueniat regnum tuum. 2.

Adimpleantur præcepta & cõſilia tua — fit ſ.ab angelis & ſanctis tuis — etiam in nobis, qui adhuc in terra viuimus.

Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. 3.

Ea quæ quotidie neceſſaria ſunt ad vitam hanc tranſigendam — in hac vita quæ ob ſui breuitatẽ, & de craſtino incertitudinẽ pro vnico die exiſtimatur.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie 4.

.i.remitte ſeu condona — peccata noſtra, ob quæ pœnarũ tibi ſumus debitores

Et dimitte nobis debita noſtra 5.

ſ.prius — ijs qui nos quocunq; modo offenderunt: ideoq; debitores nobis ſunt talionis, reparatiõis, aut ſatisfactionis.

ſicut & nos demittimus debitoribus noſtris.

Ne permittas nos induci, ſeu introduci, conſentire, & ſuccumbere tentationi.

Et ne nos inducas in tentationem, 6.

à calamitate, aduerſitate, miſeria, & damno, — ita fiat.

Sed libera nos à malo, Amen.

¶Orationi dominicæ præmittitur ſalutatio: deinde ſe- 7.
quuntur ſeptem petitiones. In quarum prima tanquam

boni filii petimus patris noſtri honorem & gloriã. In tribus petitionibus ſequentibus petimus conferri nobis bona triplicia: Maxima quidẽ, quæ ſunt cœleſtia bona. Media aũt, quæ ſunt ſpiritualia bona: vt ſunt virtutes & exequutio mãdatorũ Dei. Minima verò, quæ ſunt temporalia bona ad corporis ſuſtẽtationem neceſſaria. Poſtremò petimus auferri à nobis triplicia mala. Maxima quidem, quæ ſunt peccata à Deo ſummo bono nos ſeparãtia. Media aũt, quæ ſunt tentationis ad peccatum allicientes. Minima verò inter omnia mala, ſunt pœnæ ſeu tribulationes corporis aut animæ: vt ſunt ægritudo corporis, triſtitia mentis, iactura famæ aut bonorum temporalium.

.i. liberior, latiorque interpretatio.

Paraphraſis in eandem.

O Deus inhabitas

O pater omnipotens qui cœlos incolis: oẽs
Sanctificent toto nomen in orbe tuum.

beatitudo

Adueniat nobis cœleſtis gloria regni.

fiat etiam in terris voluntas tua

Fiat, vt in cœlis, hic quoque velle tuum.

quæ vſui noſtro neceſſaria ſunt

Omnia dat nobis hodie, quorum indiget vſus.

Vt alijs ſua debita condonamus cõdona nobis.

Vtque alijs facimus, debita noſtra dato,
Ne permitte pater, nos vt tentatio vincat.

tuum auxilium

Aſt omni eripiat nos tua dextra malo.

.i. qua angelus Mariam ſalutauit.

Salutatio Angelica.

gratia, ſeu charitate faciente gratam te atq; acceptã Deo, nec non gratijs gratis datis ſeu gratuitis Dei donis atque virtutibus adeò plena, vt nullis oĩno vitijs vllus in te relictus fuerit locus.

AVe Maria, gratia plena.

Do-

eſt.ſ.in anima tua per gratiam: mox etiam futurus in tuo vtero, per aſſumptæ carnis tuæ portionem,

Dominus tecum.

laudabilis inter omnes mulieres, vtpote triplicis maledictionis expers, ſterilium, in concupiſcentia, ſeu pruritu libidinis concipientium, & in dolore parientium,

benedicta tu

in mulieribus:

ſimpliciter, ſuper omnia benedictus benedictiõe omnis gratiæ quæ ei non ad menſuram eſt data.

& benedictus

filius Dei in tuo vtero de carnis tuæ ſubſtãtia conceptus, & mũdo æditus. verè ita eſt, ſeu veritas eſt.

fructus ventris tui, Ieſus Chriſtus. Amen.

Paraphraſis in eandem.

.i. ſpiritu ſancto & gratia donisque eius eſt.ſ.

Salue plena Deo, tecum Deus, es

benedicenda laudandaque

benedicta

inter mulieres eſt.ſ. benedictus

Fœmineo in ſexu, fructus & ille tuus.

.i. collatio, ſeu Apoſtolorum ſententiæ de Deo quas ſingulas ſinguli Apoſtoli contulerunt in vnum, velut communem regulam prædicationis fidei conſtituentes.

Symbolum Apoſtolorum.

Tendo per fidem, ſpem & charitatem — qui in ſubſtantia vnus eſt, ſed trinus in perſonis.

CRedo in (Vnum) Deum:

Credo.ſ.in .ſ.Dei filij — quia omnia poteſt. — Petrus.

Patrem omnipotentem

Cui ſicut omnipotẽtia, ita etiã attribuitur creatio. ſ. & omniũ quæ in eis ſunt tam viſibiliũ q̃ inuiſibiliũ

creatorem cœli & terræ.

Etiã credo. ſ. ĩ lege ꝓmiſsũ naturalẽ dei patris vnigenitũ

Andreas. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum,

Cuius ſumus ſerui: vtpote eius creaturæ, & precioſo ſanguine eius redempti.

dominum noſtrum.

incarnatus & formatus eſt ex ſanctificatione & gratia, dei operatione, non ex virili ſemine

Ioã. Euã. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex

Quæ antè Chriſti filij dei partum, in partu, & poſt partũ virgo permanſit.

Maria virgine.

ſ. in quantũ homo. ſub poteſtate Pontij Pilati, eoq́; apud Iudæam præſidente. affixus cruci vera morte

Iacobus maior. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.

ſ. in anima deitati vnita. ad limbũ, ſeu extremitatẽ, ſuperioremq́; partem infernorum: vt illinc ſanctos patres educeret ſecum ad cœlos.

Thomas Deſcendit ad inferna,

ſ. poſt diem ſuæ paſsionis ſuapte virtute ex mortuorum conſortio.

Tertia die reſurrexit à mortuis.

ſuapte virtute ad cœleſtẽ ſeu ſupernã paradiſum. Regnat glorioſus & pacificus, oĩa iudicãs & diſponẽs

Iacobus minor. Aſcendit ad cœlos, ſedet

ad æqualitatem dei patris, inquãtum deus, & in ſumma poſt deum beatitudine, inquantum homo.

ad dexteram dei patris omnipotentis.

è cœlis ad quos aſcẽdit. in ſæculi conſummatione. ad iudicandum quos ſubitus eius aduentus viuos reperiet.

Philipp9 Inde venturus eſt iudicare viuos &

mortuos

omnes alios qui præmortui fuerint.
mortuos.
in tertiam trinitatis perſonam, ſpiratam ſeu procedentem à patre & filio
Credo in ſpiritum Bartholomeus.
.i. ſumme bonum, & cui ſpecialiter attribuitur bonitas & ſanctificatio,
ſanctum.
Credo, ſ. eſſe ſanctam i. deo conſecratam: nec poſſe errare in fide & moribus, ſpirituſancto eam regente perpetuò.
Sanctam Matthæus
fidelium Chriſtianorum congregationem vniuerſalem, de qua omnes tenentur eſſe ſub vno capite Romano pontifice Chriſti vicario.
eccleſiam, catholicam:
Credo quòd ſancti & iuſti in charitate & gratia exiſtentes bonorum omnium quæ facta ſunt & fiunt in tota eccleſia ſunt participes: hoc eſt quod communicant Chriſto in ſua paſsione & ſacramentis, atque etiam inuicem in mutuis orationibus & alijs bonis operibus, item in fide, ſpe, & charitate, eademq; fidei & religionis doctrina.
ſanctorum communionem. Simon.
Credo quòd peccata quantumcunque ſint grauia & multa deus poteſt remittere, quia eſt omnipotens, atq; etiam vult, quia bonus eſt, pius & miſericors: nolens mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat.
Remiſsionem peccatorum. Iudas thaddeus
Credo corporis in finali iudicio futuram reſurrectionē: ſeu ex puluere excitationem & reparationem.
Carnis reſurrectionem.
Credo quod animæ immortales ſunt, viuentq; in æternum: iuſtorum quidem in cœlo, iniuſtorum autem in inferno. Matth. 15. Matthias
Vitam æternam.
Verè ita eſt, vel veritas eſt.
Amen.

Vnam naturã ſeu ſubſtantiam diuinã in tribus perſonis.
Primus articulus. Vnum credo deum triplici ſub numine: patrẽ
ſ. exiſtens
Qui cœlum & terram condidit omnipotens.
2. naturalem filium
Vnum credo patris gnatum: cui nomen Ieſus
Chriſtus, qui nobis vnicus eſt dominus.
de ſpiritu ſancto
3. Eſt qui conceptus ſancto ſpiramine, natus
ante partũ, in partu, & poſt partum — ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens
Ex Maria ſemper virgine verus homo.
crucis ignominiã, quæ ſceleratorũ erat ſupplicium.
4. Iudice Pilato crucis eſt opprobria paſſus.
pro noſtra redemptione
Mortuus & nobis, atque ſepultus humi.
qui infra eſt ſeu ſub terra vtpote qui eſt pars inferni — reſurrexit, ſeu ad vitam redijt
5. Infernum ſubijt limbum: ſed deinde reuixit,
incœpit
Tertia cum primùm cœpit adeſſe dies.
ſedet ad
6. Aſcendit cœlos, dextram patris aſsidet: illi
in quãtũ deus, ſcz ſecũdũ diuinitatẽ: ſecũdũ humanitatẽ
Vt deus, æqualis: ſed minor eſt, vt homo.
eos qui finierint officium viuendi, & corpus gubernandi:
7. Iudicet vt viuos, & functos munere vitæ:
è cœlis in ſuo ſecundo aduentu cum gloria & maieſtate.
Inde iterum veniet, magnus, honore potens.
ſanctum ſpiritum à patre & filio procedentem
8. Credo patris gnatiq; ſacrum ſpiramen, vtriq;
omnibus in rebus
Par, & adorandum ſemper honore pari.

Quia hæc eſt vita æterna, vt omnes agnoſcant vnum Deum in trinitate, & quem miſit Ieſum Chriſtum.

Vna deũ & Chriſtũ credẽs eccleſia, ſancta eſt. 9.

communio ſeu communicatio

eccleſia & participatio meritorum

In qua ſanctorum eſt vnio,

ſpirituale vinculum quaſi membrorum eccleſiæ cõpago.

ſ. eſt amor, hoc eſt charitas dei & proximi.

nexus, amor.

& non extra eam quantumcunque & quã multa illa ſint

In qua peccatis fit vera remiſsio: ſiquis 10

ſacramenta quæ ſub ſigno vi

ritè & ſine impedi ſibili, figuraque ſenſibili, gra-

eccleſię mẽto ex parte ſua tiam conferunt inuiſibilem.

Ipſius, vt par eſt, myſtica ſacra petit.

in conſumma- In eodem corpore quod

tione ſæculi prius habuerit

Omnis homo tandẽ propria cũ carne reſurget 11.

vt ferat à iudice pro ſuis operibus, ſeu bonis ſeu malis.

Sumpturus factis præmia digna ſuis.

iuſtus

Ibit in æternam vitam pius: ibit in ignem 12.

iniuſtus iuſti & iniuſti viuent in æternum.

Impius æternum: vita perennis erit.

¶ Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, & ſymbolici Apoſtolici pleniorem explanationem ſi quis deſyderat, Catechiſmum noſtrum perlegat.

.i. decem verba domini.

DECALOGVS PRÆCEPTORUM MORALIUM.

de moribus.

ſ. eſſe, quia

vnicus eſt in ſubſtantia & trinus in perſonis.

VNum crede deum: ne iures

vanè ſeu in vanum inuocando eum in teſtem.

vana per ipſum.

diem dominicum & alios dies feſtos — ſanctifica, cum veneratione myſteriorum quæ repreſentant.

Tu domini venerare diem,

honora patrem & matrem.

venerare parentes:

homicida adulter & fornicarius

Ne ſis occiſor, mœchus, fur,

falſidicus

teſtis iniquus:

vxorem bona temporalia

Nec ſpóſam alterius, nec res optaueris vnquã.

Primum præceptum.

cui ex creatione & redemptione es ſeruus addictitius — corde per fidem, ſpem, & charitatem, & opere per exteriorem humiliationẽ

DOminum deum tuum adorabis,

& non dijs alienis — tanquam ſeruus & ſubditus ei obſequeris.

& illi ſoli ſeruies.

adoratione, & ſeruitio — honoris ſoli deo debiti — verſatur

ſcilicet cultu latrię: quæ in tribus conſiſtit.

credendo eum, omnium creatorem gubernatorem & finem vltimum atq; beatificum rationalis creaturæ.

Fide,

expectatiõe ſalutis à deo — qua diligitur deus propter ſe & ſupra õnia vt propter nullius creaturæ amorem eũ offendere velimus.

Spe, Charitate.

¶Quoniam primus præcipuusq́ue amor, & prima cura nobis eſſe debet de deo creatore, ſuſtentatore, & benefactore noſtro: idcirco decalogus præceptorum congruè incipere debuit ab ipſius dei noſtri cultu: qui cultus dei denotat amorem erga eum cum veneratione.

¶Primum autem præceptum decalogi ita habet: Non habebis deos alienos coram me, &c. Exod. 20. quod quia nimis prolixum erat, eius loco aſſumpſimus illud quod Chriſtus diabolo tentatori obiecit, Lucæ. 4. Dominum

deum

deum tuum, &c. ex Deuteronomij ſexto capite.

Peccat contra fidem.

Paganorũ, Iudęorũ, Hæreticorũ, Schiſmaticorũ.
Infidelitas,

dubius in fide infidelis eſt.
dubitatio in fide.

fides humanis rationibus non debet inueſtigari.
Scrutatio fidei,

corde creditur ad iuſtitiam, ore confeſsio fit ad ſalutem
Negotiatio fidei.

nemo tentat, experitúrue niſi rem ſibi dubiam.
Tentatio dei,

nõ impẽdere Deo aut ſanctis debitum cultum, ſeu honorẽ.
Irreuerentia dei.

ſortilegium & incantatio.
Magia.

Sũt enim ſancti in cœlis, à nobis honorãdi, inuocãdiq́;, tã quã eius domeſtici, amici, imò eius filij & hæredes effecti vt apud Deum intercedant omnium bonorum largitorẽ, quorum precibus plurima nobis ab ipſo bona prę̃ſtãtur.

Peccat contra ſpem.

quòd Deus velit aut poſsit parcere aut ſaluare.
Deſperatio,

ſperare veniã ſine pœnitẽtia: aut beatitudinẽ, ſine noſtra cooperatione ad bonum & ſine operũ meritis ex dei gratia factis.
Præſumptio de miſericordia Dei.

nimium tribuere nobis ſeu nimium de noſtris operibus bonis præſumere tanquam illis, & non Dei gratiæ peccatorum remiſsio debeatur. Nam etſi bis mereamur gratiæ & virtutum augmentum & vitam æternam, non tamen peccatorum remiſsionem, hoc eſt cum Deo reconciliationem, ſeu culpæ condonationem.
Præſumptio de noſtris meritis.

Peccat contra Charitatem.

amare mũdum pluſquã Deum
Amor temporalium.

plus timere offenſam hominum quàm Dei.
Timor mundanus.

timere offenſam Dei ſolum propter pœnam, alioqui offenſurus Deum.
Timor ſeruilis.

Peccat

Peccat contra Fidem.

ſ. de fide aut eius curioſè arcana myſte
alienus à fide aliquo articulo indagãs ria fidei.

Non credens, dubitans, ſcrutans fidei abdita;

Chriſtum

etiã ore tenus ſ. potentiã, ſciẽtiam debitum honorẽ
licet nõ corde aut voluntatẽ dei. ei non exhibens.

Ore negans, tentans , nec adorans,

incantationi= operando aut
bus magicis conſultando.

ſortibus vtens.

Quiq́; deo & ſanctis, meritos non reddit honores.

Peccat contra Spem.

de miſericordia non ſperans, confiſus mĩa dei.

De bonitate dei deſperans, fretus eadem

ſic vt putet Dei gratiam ſibi deberi ſuo-
rum operum merito. Nam gratia quã
poſt admiſſum peccatum deo reconcilia
cũ ſpe facile im- mur, gratis hoc eſt, abſq; præuio noſtro
petrãdi veniam. rum operum merito donatur.

Audacter peccãs: proprijs confiſus in actis.

Peccat contra Charitatem.

primo loco aut plus amare mundano timore incurren
ſemetipſũ, alios hoĩes, opes, di damnũ in corpore, aut
voluptates, aut ſimilia, q̃ deũ, in temporalibus bonis.

Poſtponens in amore deum, mundiq́; timore

pœnæ infernali cũ
voluntate alioqui
præcepta tranſgrediens, ſup. iuſſa dei non ſeruandi.

Iuſſa dei violans, ſeruansq́ue timore gehennæ.

Secus tantum moueatur eiuſmodi timore abſque contra
ria voluntate non ſeruandi.

Secundum præceptum.

vllum nomen ſigni-
ne vſurpes ficatiuum dei.

NOn aſſumes nomen Domini Dei

tui

fruſtra, pro nihilo, in re vana & leui.

tui in vanum.

¶Superiori precepto præcipiuntur nobis cultus & reuerentia dei: hic verò conſequenter vetatur nobis irreuerentia eius, quæ fit per vanam ſacroſanctorum nominũ eius, aſſumptionem. Non ſolùm enim vetita nobis eſt inordinata vſurpatio huius nominis Deus, ſed etiam cuiuſcunque nominis diuini, hoc eſt quod nobis aut auditoribus ſignificet deum aut ſanctos eius: ſicuti fit blaſphemando, iurando temerariè, & in ſimilibus. Vetatur enim hoc præcepto omnis irreuerentia in deum & omne iuramentum abſque legitima cauſa factum.

Peccat contra hoc præceptum.

Deo attribuere quod non eſt, aut negare ꝙ ei ineſt — Votum quod eſt de peccato, aut contra conſilia Euangelica.

Blaſphemia: Votum illicitum,

de minori bono, aut de re indifferente.

Votum indiſcretum,

ſanctè promiſſum deo aut violare, aut non exequi. — mendacium iureiurando firmatum.

Votorum fractio: Periurium, Iuſiurandum

ſine neceſsitate, aut ſine reuerentia nominis Dei.

temerarium.

in contumeliã dei aut ſanctorũ profero conuitium. — indebitè, vel ꝙ deo non placet. — ſanctè promiſſa

Blaſphemo ſuperos, voueo malè, votaque

violo, aut non exequor.

frango:

aſſerẽdo promittẽdo, aut creditũ cõminando. — irreuerẽter, etiã ſi verũ iuro. — qñ cauſa leuis eſt, tale. nec neceſſaria.

Et iuro falſum, irreuerẽs, nil quãdo neceſſe eſt.

In iureiurando tria debent ineſſe.

Veritas

aſſeueratio rei, quã certo putamus veram. | honoris exhibitio, | quod nominamus.

Veritas, Reuerentia diuini nominis.

dum in re magni momenti

aliter non crederetur nobis.

Neceſsitas:

iureiurádo veritatẽ cum reuerentia & timore dei, aſſeuerabis tibi certã quem nominas & vocas in teſtem,

Iurabis verum, reuerenter,

iureiurando vtendum tanquam medicina, quæ non niſi in neceſsitate accipitur.

quando neceſſe eſt.

Eccleſiaſtici, 23. Vir multum iurans, replebitur iniquitate: & non diſcedet à domo eius plaga.

Tertium præceptum. ſup. ſanctum feriatumq́ue habeas, ab opere ſeruili deſiſtendo, & diuino cultui inſiſtendo.

MEmento vt diem ſabbati ſanctifices.

¶In lege Möſaica ſanctificabant ſabbatum die ſeptimo: in memoriam, quòd cum dominus Deus ſex diebus creaſſet cœlum & terram, poſtea ſeptimo die requieuit ab omni nouo opere: Atque etiam in prefiguram quod in die paraſceues humanæ recreationis opere iam completo, Chriſtus dominus ſabbato ſequenti requieſceret in ſepulchro. Quia veritatẽ ſuperueniẽte, ceſſauit figura. Ideoq́ue cum Iudeis non iam celebramus ſabbatum, ſed diem ſequentem, id eſt diem dominicum: in quo dominus noſter Ieſus Chriſtus reſurrexit, in cuius virtute nos quoque reſurgemus. Idcirco dies ille perpetuis temporibus nobis eſt celebris & feſtus, ab omni opere ſeruili feriatus: in quo executionem præcepti illius, de deo actualiter adorando & diligendo, meditari conuenit.

ſ. ſeruile & mechanicũ. | miſſam & diuinum officium. | ſaltẽ pœniteat pigeatq́; te peccatorũ tuorũ, cum propoſito melius viuendi.

Nec fac opus, ſacrũq́; audi, tua crimina plãge.

ſ. actualiter ex animo | vt digna ſunt | celebrantur & ſanctificantur.

Dilige corde deum: dignè ſic feſta coluntur.

Peccata contra hoc præceptum.

Opus manuale ad quod ſerui aſſumuntur, & ad quod ipſi obligantur dominis ſuis.

Opus ſeruile.

.i. eorum in quibus conſiſtit ſanctificatio feſti, ſeu diuinus cultus: vt ſunt dilectio dei, dolor de peccatis, auditio diuini officij, & ſimilia.

Omiſsio cultus diuini.

¶Porrò nil æquè vtile, deoque gratum, atque deuotà miſſam audire: nimirum in qua præter ſanctiſsimas preces, Chriſtus ipſe conſecratur, ſumitur, & Deo patri immolatur in commemorationē vltimæ cœnæ dominicę atque immolationis in cruce peractæ, Prorſus igitur diuinum cenſeri debet huic ſanctiſsimo officio intereſſe, Cæterùm obligatur fidelium quiſque diebus dominicis & feſtis miſſam audire integram, hoc eſt, ab ipſo miſſæ introitu vſque ſacerdotis benedictionem.

irreuerenter audire aut dicere diuinum officiū communicare, reliquias contrectare, &c. | die feſto magis ſequi ludos, quā officium diuinū & prædicationem.

Irreuerentia ſacrorum, Ludi.

opus corporale deputatum ad temporale lucrum, tanquam ad proprium finem. | id ad quod feſtum me obligat.

Quidquam operor vetitum, fieri quod debet omitto.

res ſacras & diuino cultui conſecratas | ſupp. qui non minus auocant à cultu Dei, quàm opus ſeruile.

Et ſacra non veneror, feſtumq; impertio ludis.

Hæc excuſant opus in feſto.

In feſto ſicuti ex neceſsitate
Opus ordinatum ad dei cul- paramus cibos & manduca
tum cuius etiam pars eſt: vt mus: ita medicinas confici-
ornare templum, &c. mus, ægrosque curamus.
Cultus honorq; dei: nobis alijsve neceſſe:
Opera miſe-
ricordiæ vt Modicũ quid o- Ingruentibus hoſtibus aut
ſepelire mor perari, emere, tempeſtate, licet nobis me
tuos, &c. vendere, &c, tere ſegetes, vuas, &c.
Et pietas: res parua: grauis vitatio damni.

Quartum præceptum.

honoris & pie- ſup. naturales atque ſpiri-
tatis obſequio. tuales, nempe ſuperiores.
HOnora patrem tuũ & matrem tuam, vt
ſup. vita naturæ aut gratiæ.
ſis longæuus ſuper terram.

¶ Quoniam poſt deum proximè obligamur parentibus. Primò quia poſt Deum ſunt noſtræ generationis principium, & cauſſa noſtri eſſe. Secũdò propter dulcem blandamque ab eis educationem. Tertiò propter diſciplinam & bonorum morum inſtitutionem: id circo poſt tria præcepta de honorando Deo, immediate ſubſequitur preceptum de honorandis parentibus, vt ſcilicet filij cogantur ex diuino præcepto id præſtare ad quod naturalis pietas per ſe eos debuit compellere. Sicut & naturali inſtinctu ciconia infantiæ ſuæ vices rependens, parentes ſenio confectas alere & alis ſuis ſubleuare dicitur. Ne quis autem exiſtimans hoc, ad quod naturaliter inſtigamur, non reputari nobis ad meritum nec etiam ad premium, ob id redderetur minus ſolicitus de obſeruantia erga parentes exhibenda: ideo ſpecialiter huic præcepto promittitur præmium, ſcilicet longæuitas & diuturnitas vitæ. Congruum quippe eſt vt non ingratus beneficij vitæ corporalis poſt Deum à parentibus accepti, dignus ſit tale beneficium ſibi conſeruari: quod alioqui per ingratitudinem meretur amittere.

¶ Hoc præceptum ad parentes carnales nominatim refertur, generaliter etiam ad omnes patres ſpirituales.

Hoc præcepto præcipiuntur nobis quatuor.

charitas & beneuolentia, cum timore oſtendendi eos. tam interior quã exterior. ſubiecto quantũ ad bonos mores & rẽ domeſticam.

Amor in parentes, Reuerentia, Obedientia,

in neceſsitate alere, conſolari: orare pro eis.

Subuentio.

deus pater noſter per creationẽ. pater et mater carnales. papa epiſcopus preceptor et qui habẽt curã animę noſtrę. dñs tẽporalis.

Chriſtus, vterq; parens, prælatus, rexque,

& ideo hi omnes ſunt honorandi.

patres ſunt.

reſponde eis in amore. time & honora. ſuccurre obedi.

Quos redama, reuerere, iuua, morem gere:

quatuor prædicta.

contra hæc

ego odi, auerſor, & male precor eis. eos deſpicio, debitamq; eis reuerẽtiam non exhibeo.

Non amo, non veneror, non adiuuo,

eis non obedio in rebus licitis.

non gero morem.

Peccata contra hoc preceptum.

deſyderare eis mortem &c.

Maleuolentia in parentes.

eos paruipendere, honoremq; eis non impendere.

Deſpectus.

nolle ſubijci & obedire eis. ſeu ingratitudo, non ſubueniendo eorum neceſsitatibus.

Inobedientia. Impietas.

.i.ne occidas .ſ. hoīem,iniuſte, authoritate propria, re & manu,nec etiam voluntate & conſenſu.

N On occides.

Poſt tria præcepta ad religionem cultũq; deo debitum ordinata,et poſt quartum præceptum de pietate parentibus exhibenda:conſequenter vetantur nocumenta quæ proximo inferri poſsũt:primo quidem in principaliora ei⁹ bono,ſcilicet in propria perſona:ſignificãter quidem & expreſſe corporalia homicidia, & cędes, cõcomitanter etiam omnis mutilatio & læſio corporis. Suppreſſe etiã & cõſecutiuè ſub vetatiõe effectus etiam illius cauſſę vetãtur ,vt ſunt rixa inimicitię:omnisq́;animi motus & cõſenſus in alterius mortem & læſionem. Interpretatiue etiam ſpiritualia homicidia hic vetita intelligũtur:quib⁹ per peccatũ occidimus animam noſtram,ſcilicet ex certa malitia & cõtra conſcientiam peccando,vel obruenti ſeu euidenti occaſione peccandi noſmet obijciendo. Aut animã occidimus proximi formaliter & expreſſè eum inducendo ad peccandũ per actualem ſeductionem. Vel materialiter & interpretatiue,per datum ei ſcandalũ ſeu malũ exemplũ. Vel merè paſsiuè & omiſsiuè , per nimiam indulgentiam erga ipſum delinquentem.

Peccata contra hoc præceptum.

hoīs cædes, ſeu occiſio illicita.	vulnus ſeu lęſio citra mortem.	1.Ioã.3. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.	contentio pueniẽs vſque ad verbera.
Homicidium,	Mutilatio,	Maleuolentia,	Rixa.

Fame morientẽ niſi paſcis,occidis	Oīs conſcientia oblĩgat in quantũ creditur recta & ſecũdum legẽ dei, erronea vero obligat ad deponendum,
Non ſubuenire.	Facere contra conſcientiam.

formalis ſeu actualis inductio ad malum.

Seductio.

Scan-

dictum aut factum minus rectum formaliter ſeū
interpretatiuè intendens præbere alteri occa-
ſionem ruinæ, ſeu peccati.

Scandalum actiuum ſeu datum.

Admonitio, quæ erga delinquētes eſt e-
leemoſyna ſpiritualis, plus pertinet ad
oēs quā eleemoſyna corporalis.

Non reprehendere.

Abſciſio membri putridi ad medicum
pertinet, ita correctio obiurgatoria &
pœnalis ad ſuperiorem.

Non obiurgare, Non punire.

ſ.moriturum, ni
ſ.hominē vulnero. ſ.alteri contendo ſi cum iuuem
Occido, mutilo, cupio male, rixor, egenum

ſuggerit
.i.intellectꝰ ſeu ratio, ſe eſſe agē
& ſuos actus ſciens & dū aut fu-
.i.cō id poſsim et debeā cognoſces giendum
Non iuuo, non facio ſicut mens cūſcia dictat.

puſillis ſeu imper- exempla ita
fectis fragilitate peccādi aut ſ.ſimplici verbo
aut ignorantia. etiam aliter. admonitorio.
Seduco, paruis do ſcandala, non reprehendo.

quibus puto meā nocentes dū
reprehenſionem ſ.verbo in ſubditos ſunt mei ſub
profore crepatorio peccantes. diti.
Peccātes, nō iurgo meos, non punio ſontes.

Simplex admonitio verbalis erga quoſlibet qui nobis oc currūt peccātes, ſicuti eſt de precepto, ita etiā modus atq; ordo admonēdi, in quantū faciūt ad peccātis emendatiō nē. Quoniā aūt ſpūalis illa eleemoſyna nō niſi indigenti dāda eſt, excuſatur quis à fraterna admonitiōe, qñ peccator ꝓbabiliter creditur à peccato ſuo ſinè noſtra admonitiōe reſurrecturus, vtpote quia eſt homo timoratꝰ, & cōſciētiæ ſuæ ſcrutator, aut quia prælatus eius diligens ad corrigendū ſubditos ſuos, ibi eſt præſens, aut id creditur

peruenturum ad eius cognitionem. Secundò quando peccatoris animus nobis eſt incognit⁹, credimusq́; veriſimiliter quòd noſtrã admonitionem non recipiet, imo econtrario, quòd inde deterior: et veluti quòd blaſphemabit, mihi conuitiabitur, &c. Superiores autẽ qui habent coactiuã poteſtatem, quæ non tantum fit per ſimplicem admonitionẽ, ſed etiam per obiurgationem verborũ & punitionẽ verberum: illi (inquam) non debẽt ommittere correptionẽ propter ſubditi ſui delinquentis turbationem aut incorrigibilitatẽ: ſicuti nec iudex prætermittit ferre contra nocentes dãnationis ſententiã, timens eorum aut amicorũ turbationem. Veruntamen cum medicinæ corporales quæ ad corporũ ſanitatem ordinantur, tunc maxime dantur cum plus profuturę credũtur: ita in pœnis ad animarũ emendationem & ſalutem ordinatis neceſſaria eſt prudẽtia & diſcretio ex ſingulis incidẽtibus diſcutiẽs, quãdo, vbi, & quomodo ſint infligẽdæ, differendæ, aut omnino remittendæ.

In punitione ſic peccatur.

punio innocentem nocentem aut ſ.

Corripio inſontem: vel ſontem plus minus,
quã æquũ & iuſtũ ſit.

æquo:

pœna cõmerita & condigna | ex ira et odio et plus appetitu vĩdictæ, quam zelo iuſtitiæ.

Pro meritis plectens ſtomachor, vel derogo
loco, tpe, aut modo indebitis aut ſine legitima poteſtate.
iuri.

Sextum præceptum.

N.i. nulli miſcearis præterquam legitimę vxori.
On mœchaberis.

Præcedenti præcepto vetamur facere iniuriam proximo in propria eius perſona: hic verò eidẽ quoque, in perſona vxoris eius, quæ exiſtimatur quaſi vna perſona cum illo ſuo marito (Mœchia enĩ adulteriũ eſt.) Conſequẽter etiã vetatur nobis oĩs extra legitimi matrimonij copulã illicitus

illicitus concubitus,omniſq; naturaliũ membrorum in naturalis vſus.Sed quoniam præcepta decalogi pertinẽt ad iuſtitiam quę alteri debitũ reddit,& nemini iniuriam facit,per adulterium autem euidentius fit iniuria proximo,quàm per alias ſpecies luxuriæ,idcirco ipſum hoc loco expreſsius vetitum eſt,quàm illæ.

Septimum præceptum.

Ne fureris,ſeu ne vſurpes tibi rem alienam.
NOn furtum facies.

Poſtquam ſuperius vetitum nobis eſt in perſonã proximi inferre iniuriam:hic conſequenter vetamur eidẽ in ſuis bonis quomodocũq; nocere. Furtũ enĩ hic nõ accipitur in ꝓpria ſua ſignificatiõe,vt ſit occulta ablatio rei alienę:ſed nomine furti omnis vſurpatio,atq; vſus rei alienæ inuito domino vetatur nobis,breuiterq; omne damnum quod proximo in ſuis bonis temporalibꝰ inferri poteſt: Nam qui furtum vetuit rapinam non permiſit.

Peccata contra hoc præceptum.

occulta ablatio rei alienę inuito dño.
Furtum,

violẽta ablatio rei alienę
rapina,

non reſtituere alienum quod iniuſte detines.
Detentio alieni,

deſtruere,aut quouis mõ corrũpere bona alterius.
Damnum illatum,

ratione mutui,tẽporale lucrũ in pecunia, aut in re quã ęſtimari poteſt pecunia.
Vſura,

dolus in emptione,venditione,aut alijs contractibus.
Fraus.

clã aut vi aperte.,
Furor,

inuẽtũ aut mutuum,
detineo,

infero nocumẽtũ in bonis
do damnũ,

aliquod do ad vſuram
fœnero,

decipio per contractũ fraudulẽtũ.
fraudo,

ſ.niſi aliquis eorũ reſtituerit integrum

Hi decem tenentur ad reſtitutionem.

Is qui furtũ aut aliã in-
iuſtã actionẽ per ſe ex   quod aliter
ercuit,ſiue pro ſuo ſi- principale inde paſſus
ue pro alieno lucro. ablatum eſt. reſtituit

Fur actorve mali ſortem damnumq; refundit:

Iubens actio- dans con- Qui ſuo cõſen- laudans cri-
nem iniuſtã ſilium effi- ſu eſt cauſa ſeu men ſub ſpe-
fieri cax concauſa cie boni.

Iuſsio,conſilium, conſenſus, lauſque

apud quem eſt refugium & patrociniũ furibus.

recurſus.

particeps crimi- Qui tacet po- Non impediens
nis,vt ſocius,me tens debens cum id poſsit &
diator,explora- impedire ex debeat ex offi-
tor,&c officio. cio.

Participans, mutus, non obſtans,

qñ nõ reuelare eſt cauſa actionis vel detentionis iniuſtæ.

non manifeſtans.

Sub his tribus vltimis:Mutus,non obſtans, non manifeſtãs:quàmuis regulariter intelligantur illi,quibus ex officio incumbit loqui,obſtare,aut manifeſtare:tamẽ iuxta.S.Thomæ doctrinam, etiam illi comprehenduntur qui ex articulo vrgentis neceſsitatis manifeſtare tenebãtur,& poterãt abſq; ſuo periculo & damno prouidere,ne alteri fieret tale damnum.

Octauum præceptum.

in damnũ et perniciẽ cuiuſcũq; hoĩs

NOn loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Hic vetatur omne nocumentum quod verbis inferri poteſt proximo:quaſi diceret.Siue ad ferendum teſtimonium vocatus,ſiue extra iudicium in vulgari & cõmuni loquutione,nullũ verbis tuis incommodum inferas proximo tuo,hoc eſt nulli homini,omnis enim homo (inqt Auguſtinus)proximus noſter eſt.

Requiſita ad teſtem idoneum.

Ætas

teſtis ſit nō ſit ſerui adultus lis conditionis	mulier nō ad mittitur prę- ſertim in teſtamentis	teſtis ſit ſanę mētis	non ſit infamis infamia iuris aut facti.

Aetas, conditio, ſexus, diſcretio, fama,
mēdicus infidelis & hæretic⁹ repellitur non admittitur — hoc tamen non ſemper obſeruatur in omnibus
Et fortuna, fides: in teſtibus iſta requires.

Peccata contra hoc præceptum.

falſa criminis impoſitio
Calumnia,
ſeu contumelia, quæ fit verbis aut factis in præſentem.
Deriſio,
famæ proximi abſentis denigratio.
Detractio,
litigium ſeu clamoroſa pugna verborum.
Contentio,
qua verbis imprecamur alteri malum ſub ratione mali.
Maledictio,
laus effuſior plerumq; falſa & in peccatum inductiua.
Aſſentatio,
ex ſignis leuibus & ſine ſufficienti certitudine, in actibus dubijs iudicare de intentione.
Iudicium temerarium.
Querela per impatiētiā eorū quæ deberemus perferre
Murmur,
Obloquutio ad conciliandā inimicitiā inter aliquos
Suſurratio,
fictio qua mentimur facto exteriori
Simulatio.
falſæ vocis ſignificatio, cū intentione fallendi, hoc eſt falſum aſſerendi.
Mendacium.

falſi criminis — præſentem abſenti — contendo verbis
Accuſo falſe, derideo, detraho, iurgor,
maledico alteri — adulor — de proximo ſecrete obloquor inimicitias
Imprecor, aſſentor, male iudico, murmuro, rixas
ſuſcito & foueo — ſ. id eſſe quod non eſt — ſunt alteri in damnum & perniciem.
Concilio, ſimulo, mea ſunt mendacia damno.

quod eſt cõtra fidẽ aut bonos mores vel quod alicui obeſt.
Pernicioſum,

quod nulli nocet diciturq; ſolum cauſa delectandi.
Iocoſum,

quod ſine alicuius iniuria dicitur, vt alicui profit
Officioſum,

.i. mendaciũ, à pernicies dicitur pernicioſum, à iocus iocoſum, ab officium dicitur officioſum.

Prenicies, iocus, officium mendacia formant.

Quamuis aliquod mendacium leuius ſit alio: tamen caueant in primis pueri aſſueſcere mẽdacijs. Scriptũ eſt enĩ: Perdes oẽs qui loquuntur mẽdacium. Et Sap.1. Os quod mẽtitur, occidit animam. Vnde ſapientiſsimè pręcipiebat ſapiens ille Eccl.7. Noli velle mẽtiri omne mendacium, aſsiduitas enim illius non eſt bona. Sed & ipſemet dominus Io.3. ad mendaces loquens, dicebat, Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille in veritate non ſtetit, quia nõ eſt veritas in eo: cũ loquitur mẽdacium, ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, et pater eius, ſcilicet mẽdacij. Nam ipſe omnium primo mẽdacium mũdo inuexit, dicendo ad primos generis humani parentes, Nequaquam moriemini. Gene 3.

Nonum præceptum.

ſ. ad potiẽdum ea carnaliter.
NOn concupiſces vxorem proximi tui.

Ne quis exiſtimaret ſolam vxoris alienę cõcupiſcentiã peccatum non eſſe, niſi exterius in actum carnalem prorõperet: ſicut Paulus lòquens in perſona vulgi, dicebat Roma.7. peccatũ non cognoui, niſi per legem: nam concupiſcẽtiam neſciebam, niſi lex diceret: Nõ cõcupiſces: quàm obrẽ lege diuina (vbi vel de intimis cordis cogitatibus iudicatur) violãdę vxoris alienę deliberata voluntas (quæ etiã propter extrinſecum aliquod impedimentum in op⁹ exterius nõ exijt) hic vetatur explicitè: implicitè etiã omnes illiciti affectus carnales, omnisq; libidinoſus conſenſus in delectationẽ luxuriæ: cuiuſmodi ſunt impudici viſus, tactus, & oſcula, laſciuus ſermo, & in cogitatiõe, vene

rcorum

reorum delectio voluntaria ſola autem carnis concupiſcētia, cui non acceſsit voluntatis conſenſus, non imputatur ad peccatum.

Contra hoc ſic peccatur.

polluere & thalami coniugalis fidelita
proximi ſui cōtaminare tē quā vxor debet marito.
Alterius violare torum
voluntate, ſi eam poſſet aut auderet exequi.
qui mente paratus:
Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendū eā,
iam mœchatus eſt in corde ſuo, Matth. 5. oſcula dat
Qui vetitos viſus, tactus, & baſia figit:
inhoneſta præbet attētas
Qui loquitur laſciua, ſuasq; ijs arrigit aures.
motus carnis refrænat de venereis diutius
Nec carnem reprimit, ſed turpia mente
cogitat.
volutat.
probe or- cum faſtu allectus atq; irre-
natus ingreditur titus libidine.
Comptus & incedit turpi pellectus amore:
alio quouis modo meditatur et procurat.
Quiq; modis alijs turpes molitur amores:
omnis tranſgrediens id quod in nono præ-
talis lex diuina docet, cepto.
Is peccat, violans diuinæ dogmata legis.

Decimum præceptum.

ne appetas ad habēdū īiuſte bona ſeu diuitias
NOn concupiſces rem proximi tui.

Hic explicitè vetatur efficax voluntas furandi aut iniuſte vſurpādi alienum, ſi adeſſet opportunitas et facultas, aut niſi pœna aliqua timeretur: implicitè etiā inſatiabilis illa cupiditas quocunq; modo habendi. Quamuis autem in ceteris quoque efficax volūtas (prædita tamen ne in opus exeat) de ſe mala ſit veluti eſt volūtas non ſeruiend deo, peierādi, non ſanctificandi ſabbatum, non honorandi parētes, occidendi quempiam, & falſum teſtimonium

dicendi: Tamen quia hæc nihil in ſe habent delectabilis, ꝑpter quod concupiſci poſſint, imo potius habent in ſe quid horribile. Luxuria ideo habet in ſe quid delectationis: & diuitiæ quid vtilitatis: vnde hæc duo propter ſe appeti & cõcupiſci poſsũt: his accedit, quod natura humana ad iſtas duas cõcupiſcentias eſt valde prona. Idcirco poſtquam in ſexto præcepto vetitum eſt mechari, et in ſeptimo furari: hoc eſt poſtquã vetita nobis eſt voluntas exiens in actum: ſeu volũtas ſimul cum opere, quæ cõiuncta vnum peccatum coefficiunt. Conſequenter quoque horũ duorum concupiſcentiã (ad quæ homines magis inclinati ſunt, & quę in ſe aliquid delectabilis prę ſe ferunt) deſ nominatim vetuit: in nono quidẽ præcepto ipſam cõcupiſcentiam mœchandi, in decimo autem cõcupiſcentiam furãdi, quæ quidem exteriorem actionem prorumperẽt, niſi aliunde interueniret impedimentum.

Contra hoc ſic peccatur.

aut niſi metuerẽ ſeu furarer machinor & molior
Si poſſem: raperem: procuro damna
proximi mei.
propinqui:
ludo etiam licito abutor tan- vijs il-
quam negotiatione ad lucrũ . licitis acquirere
Ludo lucri cauſa; male quęrere multa,
valde opto.
percpto.

Cõpẽdiũ ſeu abbreuiatio decẽ pręceptorũ legis Moſaicę.

EPITOME

DECALOGI.

ordine dignitate.

Primum & maximum mandatum.

imo veriꝰ redamabis q fecit te, et bñfecit tibi
Diliges . Dominum
Deum tuum,

Dili-

Diligere:eſt ei cui intēditur,veraciter velle bñ: dilectio eſt vera in aliquē beneuolentia:Ideoq́;diligere deū,eſt cō gratulari deo,quod ipſe ſit deus et dominus:hoc eſt,quod ſit omnipotētiſsimus perfectiſsimusq́;,& ſummè bon⁹. Eū vero ſup oīa diligere,& ipſum ſummū bonū ſumme amabile ita diligere,vt potius vellemus quodcunq; aliud nō eſſe,quàm aliquod bonum aut perfectionem ei deeſſe.

Itaq; diliges dominum deum tuum,idq́;

ex toto voluntatis effectu,ſeu intentione,per amorem.

ex toto corde tuo,

ex tota virtute animali, vitali, ſeu ſenſibili: hoc eſt, ex toto appetitu ſenſitiuo,executiuo, operum exteriorum in honorem Dei.

ex tota anima tua,

ex toto intellectu per fidem,ſpem, meditationem,diſquiſitionemq́; mandatorum eius.

& ex tota mente tua.

Qui totum nobis dedit,totū à nobis exigit: ſic vt nihil diligamus præter eum,aut non niſi propter eum,denique etiam nihil contra eum.

prædicto,quia vtrunq; eſt de dilectione.

Secundum mandatum ſimile huic.

tametſi ab eo non dilectus

omnē hominē vndecunq; ſit

ipſi faciens quæcunq; tibi fieri velles, & nihil faciens quod tibi fieri nolles.

DIliges proximum tuum, ſicut teipſum.

Proximus aūt eſt oīs cui impēdere mīam ſeu bonū aliq̄d poſſumus,& debemus in neceſsitate:ſicuti & ipſe nobis viciſsim:nomē enim ꝓximi ad aliquid eſt, nec quiſquam eſſe proximus niſi proximo poteſt. Verū memini cuiquā denegandū eſſe miſericordiæ officiū,Chriſtus ipſe parabolicè oſtēdit(Luce.10.)de Samaritano,qui exhibuit miſericordiā Iudæo,& multū alieno, natione, profeſsione, & conditione .Ideoque concludit illum huic fuiſſe verè

proximũ:et ſic omnis homo omni homini proximus eſt tã ob conſimilis naturæ humanę communionem, quàm ob eiuſdem beatitudinis (ad quam pariter vocantur) participationem.

Itaq; hoc præcepto iuberis diligere proximum: ſed modus additur, quia ſicut teipſum: prius tamẽ & magis teipſum, deinde proximũ. Deus etenim metiẽs dilectionem proximi, per dilectionẽ tui præfert dilectionem tui, dilectioni proximi: quia menſura eſt perfectior menſurato. Ideoq; nunquã verè diligit proximum, niſi qui prius diligit ſeipſum: ordinatã enim oportet eſſe charitatẽ: charitas autem bene ordinata, incipit à ſeipſa.

ſuprà de dilectione Dei dictis & proximi — quidquid in toto pentateucho ſparſim præcipitur.

In his duobus mandatis vniuerſa lex

depẽdet, cõſequitur et conſequutiue ĩfertur, velut cõcluſiões ex ſuis principijs, — ſup. pẽdet. i. quidquid in libris prophetarũ ſparſim præcipitur.

pendet & prophetæ.

f. propter ſe — voluntate et amore — etiam pluſquam teipſum, malens quiduis perpeti, quàm eum offendere.

Dilige corde Deũ toto ſuper omnia, poſt quẽ

proximum tuum — vel diligere debes:

Dilige vicinum, ſicut te diligis ipſum:

non prouocatus amore, aut beneficijs tuis — vt in bonis tantum ei con — propter deum ſentias — opere & facto

Gratuito, ſanctè, iuſte, re,

quando neceſsitas proximis exigit.

quando neceſſum eſt.

In proximi dilectione modus eſt ſcilicet vt eum ſicut nos ipſos diligamus, De quo Matth. ſeptimo. Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et Thobię. 4. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquãdo alteri facias. Hæc autẽ dilectio proximi debet eſſe gra-

gratuita,ſicut et Chriſtus gratis dilexit nos,vtpote nullis meritis noſtris præcedẽtibus,quũ adhuc eſſemus inimici eius. Secũdo debet eſſe ſancta:ſic vt proximus à nobis diligatur propter Deũ,ſeu in Deo:atq; amore eius:qui ipſos quoq; inimicos nobis precepit vt diligeremus. Atq; etiã propter Deum,ſeu ad Deum,tanquam ad finem vltimum:hoc eſt ei deſiderãdo profectionẽ gratiarum Dei, cœleſtemq́; gloriã eandem atq; æqualem ſicut et nobis:tamẽſi nõ tanto deſyderio id deſideramus alijs , quanto nobis ipſis. Tertio debet eſſe iuſta,ſic vt in bonis tantum proximo conſentiamus:nã in bonis tantũ voluntati noſtre ſatisfacere debemus Quartò debet eſſe vera,ſic vt nõ ſolũ diligamus verbo & lingua,ſed etiam opere et veritate. Quandoquidẽ effectus & ſigna exteriora dilectionis, quæ in cõmuni exhibentur omnibus,non debent inimico denegari:vt eſt ſalutatio in occurſu,alloquutio,&c. Id quod Chriſtus Matt.5.edocuit exemplo Dei noſtri: qui ſolẽ ſuũ oriri facit ſuper bonos et malos , & pluit ſuper iuſtos et iniuſtos:& tamẽ multa ſpiritualia et gratuita dona infundit iuſtis ſuis,quæ denegat impijs : Ita ſpecialia quædã beneficia & ſigna familiaritatis,q̃ ex mera liberalitate impendimus amico,ea non tenemur impẽdere inimico:niſi ſecundum præparationem animi:ſcilicet quod illa ei impenderem⁹ in ſua neceſsitate:iuxta illud ad Romanos.12.Si eſuriet inimicus tuus,ciba illum:ſi ſitit,potum da illi.

quia alia multa ſunt | ſ.quæ patres ſuperaddiderunt decalogo.

Quinq; principaliora præcepta eccleſiæ.

quæ indicũtur ab eccleſia | obſerues et ſanctifices | in ijs audies miſſam integram | ſup.indicta ab eccleſia.

Feſta colas,pręſens ſacro:ieiunia ſerues:

quotannis ſaltem ſemel de peccatis tuis confitere

Annua ſit ſaltem ſcelerum confeſsio,Paſchæ

tempore paſchæ dignum omni veneratiõe.

Tẽpore,quo ſumes Chriſti venerabile corpus,

Sicut in veteri lege nō ſolum præcipiebatur obſeruantia ſabbati, ſed etiam aliarum ſolemnitatum, ita in noua lege non ſolum dies dominicus obſeruari præcipitur, ſed etiā alij dies feſti. Secūdò in his feſtis iubemur ſacrificio integro (hoc eſt, ab introitu miſſę vſq; ad ſacerdotis miſſionē aut benedictionem) intereſſe non ſolū corpore, ſed etiam mēte, ſeu voluntate vacandi Deū tempore ſacrificij. Alioqui ex induſtria animum à Deo auocare, eſt velut ibidem volūtariè dormire: dormientum autem nemo diceret miſſā audire. Tertiò eccleſia præcepit nobis ieiuniū quadrageſimale, quatuor temporū, & peruigilij nonnullorum feſtorum. Quartò omnes qui attigerūt annos diſcretionis, in quibus peccare poſſunt, iubentur confiteri peccata ſua, ſaltem ſemel in anno, tempore paſchæ: (quod durat quindecim dies, vtpote à paſcha florido vſq; ad paſcha clauſum quod Quaſi modo dicitur) non tamen retardari debēt confeſsio et communio vltra ipſum diem paſchæ, niſi ſubſit cauſa rationabilis. Quintò ſaltē eodem tēpore Paſchæ iubemur ſacroſanctam euchariſtiam recipere. Verū eodem anno quo pueri inducuntur ad confeſſionem, non protinus inducendi ſunt ad hanc ſacram cōmunionē: quia prius oportet, vt ſciant diſcernere panem ſacramentalē à materiali, præ ſe ferantq; pietatis & religionis indolem. Id quod eis accidere poteſt circiter vndecimū, aut duodecimū annū. Hic notandum, quòd præcepta Dei ſunt precepta iuris naturalis: præcepta verò eccleſiæ obligāt ex ſola inſtitutiōe, & ideo poſſūt eſſe aliqua impedimenta propter quæ aliquis excuſetur ab eis. Alioqui obligāt ſicut præcepta Dei, Lucæ. 10. Qui vos audit, me audit.

quæ ſunt capita, radices, & initia multorum peccatorum, quia ex his multa peccata oriuntur.

PECCATA CAPITALIA.

Septem ſunt peccata capitalia comprehen-
eius ſingulis literis, ſingu-
la peccata inchoantibus
ſa ſub hac dictione SALIGIA.

Super-

Initium omnis Radix omni- hāc multa,eaq́;
peccati eſt ſu- um malorū eſt grauia peccata
perbia. cupiditas. comitantur.
*S*uperbia, Auaritia, Luxuria,
Inuidia diaboli mors hęc prębet materiā luxuriæ.exci-
intrauit in orbem tat rixas,peruertit ſenſum, &cæ.
Inuidia, Gula,
Ira viri iuſtitiam Dei Multam malitiam
non operatur. docuit ocioſitas.
Ira, Acedia,
ſuperbia vel auaritia luxuria inuidia ira ſeu iracundia
Faſtus,auarities,luxus,liuor,gula,bilis,
vel ſegnitia .i.principalia & maiora,ſicuti dici-
.i.acedia mus literas capitales.
Segnities:cōtra hęc capitalia crimina ſeptem.
liberalis,idq́; contra verus & erga alios bñ-
cōtra ſuper contra aua- luxu- non ſi uolus,idq́; con-
biam ritiam riam ctus trā inuidiam.
*S*is humilis,largus,caſtus,ſyncerus amicus,
in cibo & ſemper paratus bene operari,
potu .i.aduerſitatis idque contra acediam
Sobrius,aduerſi patiēs,ad op⁹ quoq; prōptus.

Peccatū dicitur capitale,ex quo oriuntur alia peccata propter eius finē, hoc eſt,quia habet finem multū appetibilē,cuius cauſa homines procedūt ad multa mala faciēda. Veluti ſupetbiæ finis,eſt propria excellētia. Auaritię finis eſt ſufficiētia,quā nobis promittūt diuitiæ, quia pecuniæ obediūt omnia,& denarijs vtimur ad omnia habenda.Luxuriæ finis,eſt voluptas carnis.&c. Nec obſtat aliquod vitiū capitale aliquādo,ex alio naſci dummodo conſtet ex ipſo alia vitia plerumq; oriri.

De Superbia.

Superbire,quaſi ſuper ſcire,ſeſe nimis exaltando.

*S*uper

peruerſum contra ordinem rationis.

desyderium

SVperbia, eſt appetitus inordinatus pro- honoris ſupra propriam menſuram.

priæ excellentiæ.

Quoniam ad propriam excellentiam pertinet, vt quis manifeſtetur alijs: ideo vana gloria immediatè procedit à ſuperbia, quaſi primò filia ei9: aut (ſi mauis) eius germana, & comes, & ſocia. Itaq;.

Vacua ſeu de vacuis & rebus nihili quæ gloria quum magnificat, tamen re vera vanum quid eſt.

Vana ſeu inanis gloria, eſt appetitus inor- excesſiu9 et immoderatus, vt ſua excellentia manifeſtetur apud alios, & ab ijs cognoſcatur.

dinatus manifeſtationis propriæ excellentiæ.

cum aliorum cõtemptu præ ſe.

ab excelleo, es, ſecundæ coniugationis.

Contemnens alios, cupit excellere ſuperbus: vult ab alijs cognoſci quod ĩ ſe quãdã habeat excellentiã.

Excellens, alijs vult gloria vana videri.

Aliquis facile credit id quod multum appetit: ideo ſuperbus ex nimio appetitu ſuæ excellentiæ inclinatur ad æſtimandum de ſe vltra quàm eſt.

Quinq; ſpecies Superbiæ.

aut ita apud ſe gloriari et ĩgratum eſſe, quaſi aliunde non acceperis.

In hoc contemnitur, imò negatur Deus eſſe benefactor noſter.

Credere bona ſua à ſe habere, & non à Deo.

aut ita apud ſe gloriari & ingratum eſſe, quaſi merearis hæc ex condigno vi operum tuorum.

Credere ſe ea habere à Deo,

ſed con-

In hoc contemnitur, imò negatur gratia, dum merito pro priorum operum ea tribuamus, omnis vero noſtri merit[1] radix eſt gratia quæ abſq; præuio merito datur.

ſed condigne pro meritis.

aut per bonum non habitum ita ſeſe extollere, ac ſi illud haberetur.

Exiſtimare de ſe id quod non eſt:

In hoc gratia Dei non petitur, quia habere creditur: qui autem non petit, eam non accipit.

aut plus quam eſt.

velle ſe magnum eſſe:
& ſolum magnum.

Præſumere ſe illud habere ſingulariter,

In hoc negatur multiplicatio largitatis & beneficentiæ diuinæ erga alios.

quod etiam alij habent,

parui æſtimare, ideoq; deſpicere & dedignari.

Vilipendere imperfectiores, qui non habent id quod habes.

ſuperne bona naturæ, gratiæ
à Deo aut fortunæ puto. ſ.

Cœlitus iſta puto mihi non data, vel data

mihi à Deo

digne

ex operũ meorũ cõdignitate, ſeu
vi & valore meritorũ mihi attribuo
meorũ, ſine gratia p̃uia atq; arrogo ſ. bona in me

Pro meritis: tribuo maioráve, pluráve q̃ ſint.

exiſtimo me ſolum habere ea quib⁹ etiã alij prediti ſunt.

Solus habere puto multis communia: ſolus

pre alijs donatus in cõparatiõe ad me imperfectiores

Predit⁹ his cũ ſim, pre me contemno minores.

Contra hæc ſciendum eſt, quod

operis præueniens & monens
boni nos ad aliud bonum.

Quidquid habes meriti, præuentrix

auxiliũ Dei gratuitũ gratia, operatur illud in nobis et nobiſcũ donat.

merita illa quę ipſe in nobis operat⁹ eſt, nõ tñ ſine nobis præmiatur

Nil Deus in nobis, præter ſua dona, coronat.

Gratia Dei præuenit nos ad bonũ, hoc eſt, ipſum bonum agendũ nobis primo repręſentat, et ſuggerit: poſtea verò idem bonum nobiſcum cooperatur et perficit. Quæ gratia Dei præueniẽs & cooperans, meritis noſtris non redditur, ſed gratis nobis datur, vnde & gratia dicitur, & tamen omne noſtrũ opus bonum (quod dei gratuitũ eſt donũ) Deus ita remunerat in nobis: acſi ſolum proceſsiſſet ex nobis. Ideoq; vnicuiq; noſtrum dicit Apoſtolus. 1. Corinth. 4. Quid habes quod nõ accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi nõ acceperis? at iuſtus gratia acceptâ bene vtẽs, eiq; libero ſuo arbitrio cooperãs vtique apud Deũ meretur gratię ac iuſtitiæ ſuæ & æternę glorię incrementum. Ad Roma. 2. & Matthei. 25.

Quatuor ſpecies vanæ gloriæ.

Magna humilitas eſt, habere vnde lauderis, & laudem refugere, ita magna ſuperbia eſt, nõ habere vnde lauderis, & laudẽ appetere.

Q Vempiam velle æſtimari de ijs quæ ipſe non habet.

Malum eſt, peccati nũquã meminiſſe. Peius meminiſſe et nõ dolere. Peſsimũ meminiſſe, & de eo lætari et gloriari.

Velle æſtimari de malefactis ſuis.

Tranſeũtibus, pereũtibusq; rebus, ſimul cũ eis trãſit, peritq; gloria ex eis: quia ceſſante cauſſa, ceſſat & effectus.

Velle æſtimari de ſuis bonis tranſitorijs,

ad humanam gloriam ordinare ſua opera bona, & in ea vltimum finem conſtituere, eamq; præferre obſeruationi pręceptorum: velut peccare ob amorẽ gloriæ conſequendæ, aut ob timorem gloriæ perdendæ.

Malle laudem humanam quã bona ſpiritualia:

vacua ſeu inanis | vacuis et ĩ quibus nõ eſt ſufficiens materia gloriandi. | ſ. mundanum

Gloria vana petit vanis de rebus honorem:

Vt

pro bonis gloriatur quũ malè que tranſeũt,
exẽpli quæ non fecerit, et exultat & facile cadũt
gratia habet in rebus peſsimis ſeu pereunt.
Vt de nõ habitis, de crimine, deq; caducis
bonis na- humanæ glorię et honoris appetẽtior, quã pu-
turæ & ritatis cõſcientiæ ſuę, & quã gratiæ diuinæ, bo
fortunæ norumq; ſpiritualium.
Rebus: & humanam laudem q̃ cętera mauult.

1. obiectum ſeu cauſa materialis
Materia Superbiæ & vanæ gloriæ.

quodcũq; bo bona ęſtima- nobilitas dominũ reddit? et
num opus tio ſeu opinio parentũ ſuper alios diuitię:
Virtus, ſama, genus, dominatio, cenſus,
ſalutationes & reuerentiæ.
honores,
veſtium euentus pueritia in ar-
ornatus bonus. te quacunq; ingenij perſpicacitas,
Veſtitus, fortuna, licentia, mentis acumen,
docere alios ſanitas pulchritudo fortitudo habere
Dogma, valetudo, ſpecies, vox, robur,
amicos
amici,
fere ſemper reddere
Hęc plerumq; ſolẽt hõminẽ pręſtare ſuperbũ.

